



# ANNALES ECCLESIASTICI

JESU CHRISTI  
ANNUS  
1094.

URBANI II. PAP.  
ANNUS  
7.

HENRICI III. IMP. II.  
ALEXII COMNENI IMP. 14.

I.  
Romani  
nondum  
omnes  
obediunt.



ILLESIMUS nonagesimus quartus incipit annus, Indictione secunda, quo res urbanae sub Urbano Papa et si tranquillores, nondum tamen pacatae penitus extitere perdurantibus Romanorum nonnullis in perfidia Henriciana, eo quod adhuc Guibertini munitionem sancti Angeli possiderent, cum Urbanus Papa vitaret armis rem agere adversus eos. De his igitur haec Bertholdus rerum inspector: Dominus Papa Urbanus Nativitatem Domini Romae solemniter celebravit, quoniam plures  
*Ann. Eccl. Tom. XVIII.*

Guibertini in Urbe adhuc latuerint, quos Dominus Papa absque militari manu non facile potuit \* appellere. Maluit ergo \* al. eorum injuriam ad tempus tolerare, quam pellere. Romanos civis armata manu inquietare. Guibertus autem haeresarcha cum Imperatore suo apud Veronam eo tempore fuit; seque libenter Papatum deserere simulavit, si alio modo pax in Ecclesia recuperari non potuerit. Et inferius eodem anno: Dominus Papa Romae prope sanctam Mariam Novam in quadam firmissima munitione morabatur. Sed Guibertini turrin Crescentii, ipsam molem Hadriani, dictam sancti Angeli obrinentes  
A ad-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6587.

SÆC. XI.

Anno Erae

Hisp. MC-

XXXII.

Anno He-

gira CCCC-

LXXXVII

inchoato

die 21. Ja-

nuar. fer.

7.

A C. 1094

I.

© II. A. D 12. P. 9. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 1094.

URBANI II. PAPÆ 7.

HENRICI IV. REG. 39. IMP. II.

ALEXII COMNENI IMP. 14.

Num. I. ad num. IV. In Italia qui ad Imperatorem ab hostibus ejus se transfulerant, eo ad Galliam reverso, omnesque pene ad hostes ejus rursus transeunt, & munitiones ab eo expugnatas contra eum muniunt, inquit Sigebertus in Chron. ad hunc Christi annum. De hac

professione Germanica, quam Gallicam Sigebertus appellat, nec Dominizo, nec Urspergensis, nec Bertoldus mentionem faciunt; imo Henricum anno tantum MXXVII. ex Italia discessisse asserunt. Quare Henricus hoc vel superiori anno in Germaniam quidem venit, sed non multo post in Italiam rediit. [1] Neque enim Sigebertus, qui hoc tempore in Gallia Belgica vivebat, hoc ignorare potuit. Henrici rebus inclinantibus existimavit Mathildis Comitissa, ut refert Dominizo in ejus Vita, praesentiam Urbani II. Catholicis Longobardiæ animos facere posse, & Guibertinos metu afficere, ideoque Pontificem rogavit, ut illuc se conferret, quod & ab eo obtinuit, indeque, ut habet Bertoldus in Chronico, Urbanus II. Natale Domini in Tuscia celebravit, dum feliciter in Longobardiam pergeret. Anno quidem superiori Urbanus Romae eandem festivitatem celebravit, sed quia Guibertini Castellum

Gesta inter  
Henricia-  
nos & Ca-  
tholicos.

NOTÆ [1] Hunc Henrici in Germaniam reditum commentitium esse, & e neglecto a Sigeberto chronologiae ordine profectum censeo. Igitur Sigebertus cum per aliquot succedentes annos nihil haberet peculiare quod de Henrico proderet, in hunc annum conferenda censuit, quæ illi per aliquot succedentes annos acciderunt. MANSI